Fragmentarium

ecclesie una cum monachis eiusdem abbatem ad electionem faciendam
[illegible] episcopo competenter. ¶ Item in castronovo de arrio collegiatam
ecclesiam instituit cuius decanum haberet et tam ipse
quam canonici eiusdem ecclesie una cum monachis soli
[illegible] capitula convenerint ad electionem episcopi celebrandam
¶ Item in villa de bucharo albigesii collegiatam
ecclesiam instituit pari modo cum canonicis et
decano ipsique eligendi episcopum castrensem una cum
monachis eiusdem concessit et gressit ¶ Item in
Villa sancti felicis diocesis tholosane collegiatam
ecclesiam instituit cum decano et canonicis
et prebendis ¶ Item in villa de insula
jordani collegiatam ecclesiam instituit
quia de cetero haberet et canonicos cum
prebendis ¶ Item in villa montis regalis
carcassonensis diocesis collegiatam ecclesiam
ordinavit cum decano et canonicis et prebendis
¶ Item in ecclesia sancti pauli de fenolhedesio
diocesis electensis instituit collegiatam ecclesiam
cum decano et canonicis et prebendis ipsis quoque
eligendi electum episcopum una cum monachis de
electo eos habere voluit et decrevit ¶ Item
pontificatus sui anno secundo sub anno domini
millesimo CCC° xviii° edidit declarationem favorabilem
cuius tenor incipit sedes apostolica ad dubitationis
scrupulum amovendum quod respondum sit et
tenendum quo ad beneficia vacatura per eas
ecclesias super totum in memoratis diocesibus
primo integros et postmodum subdivisos etc.

nota

License: cc-by-nc-sa – Paris, Bibliothèque nationale de France, lat. 5288, 90r – Fragments of manuscripts gathered by Étienne Baluze (https://fragmentarium.ms/view/page/F-k57p/418/37100)